





Gospel for the Second Sunday of Lent


Tonus evangélii

D 
 Ominus vobíscum. R̅. Et cum spí-ritu tu-o. V̅. Sequénti-a Sancti



 Evangé-li-i secúndum Mattháe-um. R̅. Glóri-a tibi Dómine.


I 
 -n illo témpore: Assúmpsit Jesus Petrum, et Jacóbum, et Jo-ánnem



 fratrem ejus, et duxit illos in montem excélsu-m se-órsum: et transfigurá-


 tus est ante e-os. Et respléndu-it fáci-es ejus sicut sol: vestiménta autem


 ejus facta sunt alba sicut nix. Et ecce, apparu-érunt illis Mó-yses et E-lí-



 as cum e-o loquéntes. Respóndens autem Petrus, dixit ad Jesum: Dómine,


 bonum est nos hic esse: si vis, faci-ámus hic tri-a tabernácula, tibi unum,


 Mó-ysi unum, et E-lí-æ unum. Adhuc e-o loquénte, ecce, nubes lúcida



obumbrávit e-os. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Fí-li-us me-us




di-léctus, in quo mihi bene complácu-i: ipsum audí-te. Et audi-éntes




discípu-li, cecidérunt in fáci-em su-am, et timu-érunt valde. Et accéssit




Jesus, et té-tigit e-os, dixítque e-is: Súrgi-te, et no-lí-te timé-re. Levántes



autem óculos su-os, néminem vidérunt, ni-si solum Jesum. Et descendén-



tibus illis de monte, præcépit e-is Jesus, dicens: Némini dixéri-tis



vi-si-ónem, donec Fí-li-us hóminis a mórtu-is resúrgat.